

A.

1214

1214

I. N. 3.
DEFENSIO
DISPUTATIONIS

De
Processione Spiritus S. à Patre & Filio,
in qua, ea, quæ

REVERENDISSIMUS DOMINUS
ISARIUS ZYGALA, AR-
CHIEPISCOPUS CYPRI,

5116
modestè satis & eruditè regessit,
pari modestiâ ad exactiorem
veritatis limam revocatur,
& ad discutiendum

PRÆSIDE,
ISAACO ZABANIO,
AA, LL, & Phil. Doctore, ejusdemq; & Sacræ Theol,
in Gymnasio Cibiniensi P. P.

RESPONDENTE,
JOHANNES KREMPESIO,
S. S. Theol. & Phil. Studioso,

5116
proponuntur,
Anno 1679. Die 1. Jul.
hâc solidè fini,
ut sublatâ istâ difficultate præcipuâ,
pax desideratissima Ecclesiarum Evangelicarum &
Græcarum, denuo palmæ instar revirescat.

CIBINI,
Excusa, per Stephanum Jüngling.


Régi nyomtatványok, Bratislava - lyceum.
" (303.19.ii)

VENERANDO CAPITULO CIBINIENSI,
Viris plurimum Reverendis, Clarissimis atq; Amplissimis
 Dn. M. Jacobo Schnitzlero, Urbis Cibiniens. Pastori &
 Vener. Capit. Decano;
 Dn. Johanni Leonhardi, Pastori Stoltzvariensi & Vener.
 Capit. Seniori;
 Dn. Christiano Haasz, Pastori Helteni, & Vener. Capit.
 Syndico;
 Dn. Martino Kirtschero, Pastori Insulano, & Vener. Capit.
 Collectori;
 Dn. Johanni Haji, Pastori Nependorffensi;
 Dn. Paulo Gündesch, Pastori Hammerdorffensi;
 Dn. Michaeli Thais, Pastori Novovillano;
 Dn. Paulo Hunnyadi, Pastori Salisfodiensi;
 Dn. Johanni Kremes, Pastori Talmatiensi;
 Dn. Petro Hennenk, Pastori Nagyhorreano;
 Dn. Michaeli Thais, Pastori Bungardiensi;
 Dn. Georgio Brenner, Pastori Schellenburgensi;
 Dn. Petro Schultz, Pastori Michaelismontano;
 Dn. Michaeli Klein, Pastori Czakedarensi;
 Dn. Georgio Fabricio, Pastori Hambacensi;
 Dn. Simoni Herrmanno, Pastori Kishorreano;
 Dn. Marco Fronto, Pastori Ruffimontano;
 Dn. Georgio Hofmanno, Pastori Daliensi;
 Dn. Georgio Belzelio, Pastori Gerhardiensi;
 Dn. Simoni Biglero, Pastori Purprigensi;
 Dn. Georgio Lupino, Pastori Castenholtzensi;
 Dn. Georgio Salmen, Pastori Africano;
 Dn. Simoni Fabri, Pastori Rutenicensi;
 Dn. Georgio Koch, Pastori Kertzensi;

Dominis, Patronis, Evergetis, respectivè Com-
 patri, etatè suspiciendis,

Disputationem hanc Theol. devotissimè
 inscribit PRÆSES.

Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum.
 "(303-19-j)"



I. N. J.

PRÆLOQUIUM.

Produxi anno superiori, 16. Dec. Disput. de Processione Spiritus S. in frequenti Antiquæ, Laudatissimæ & ad Pacem atq; Pietatem compositæ, Nationis Nostræ Saxonicæ, concione, (Universitatem vocamus communiter) quam Serenissimi Principis ac Domini, Domini Michaelis Apafi, Regni Transylvaniae Principis, Partium Regni Hungariæ Domini, ac Sæculorum Comitis, Domini nostri Clementissimi, Aulae familiaris præcipuus optatissima suâ præsentia egregiè auxerat. Oppugnabat eam tunc, in publico actu, per tres circiter horas R. P. Jeremias Kakavela: quo successu, iudicium esto penes Auditorium. Constabat verò Disputatio illa triginta Paragraphis, ad quos penè singulos, laudatus in titulo Dn. Archiepiscopus, aliquid reponere est conatus. Hæc jam nobis modestè discutienda veniunt: ne dum vulnere Ecclesiæ, remedium quærimus, profundius fortassis infligamus. Eundem autem Paragraphorum numerum sequemur: ut Exceptiones eò faciliùs, cum Disput. conferantur: quin etiam ex singulis penè aliquid delibabimus, propter eos, quibus Disput. superior visa non est.

Sit igitur,

§ I. In hoc docuimus, Vocem Spiritus 1. tribui Deo, 2. operationibus divinis, 3. creaturis: ad quæ Reverendiss. Dn. nihil excepit.

§ II. Hic docemus, vocem Spiritus, vel deduci à Spiritualitate; vel à spirabilitate. Ad hæc Dn. Archiepsc. regerit. 1. Non Spiritum, à Spiritualitate, sed contra deduci. verùm 2. De derivatione Grammatica Conc de Logica Neg. Illa enim syllabas & literas metitur; hæc in sensu cognationem quærit. Illic fortitudo est à fortis; hic fortis à fortitudine. Derivatur enim Logicè Compositum à simplici, Concretum ab Abstracto, ut notum. Regerit 2. Spiritum Logicè deduci, vel ut agens, a Spirando; vel ut passum à Spirari. sed contra est, 1. Quod Spiritus quæ talis ab actione & passione præscindat.

A 2

scindat.

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum:
" (303.19.1)

scindat. Nisi quis putet, idem esse, spiritum Entitativè & Activè consideras-
 vi. Contra 1. spiritum esse, & esse agens, habent se, in signo Rationis, ut
 prius & posterius: Quia ille est Conceptus Quiditativus, hic Attributivus
 seu Affectivus. Quomodo ergò id quod prius est deducetur ab eo quod est
 posterius? Ut taceam passionem hic, ab omni imperfectione esse depurandam.
 Regetur 3. Spiritum Theologicè derivatorem Literalem non habere; sed
 significationem, quâ contradistinguitur à materia, ut Job. 4, 24. sed 1.
 De actu Signato C. De actu Exercitio N. Theologia nempe, neq; agit de spe-
 cie Primitiva, & Derivativa, neq; de Synonymis & Paronymis: cum
 prius quidem ad Grammaticam, posterius verò ad Logicam pertineat: Sed in-
 terim, ea ibi tractata exercet, & ad Objecta sua applicat. 2. Dicat nobis
 Derivationem Literalem Theologicam Dei, Trinitatis, Angeli, Hominis, Fidei,
 Justificationis, &c. 3. Neq; de significatione spiritus ut sic, in oppositione
 ad corpus, agit Theologia, falcem alias in messem Pneumatices illatura. Regetur
 4. In Theologia non debere adhiberi fundamenta ludicra & Gram-
 matica. 1. Explicatio vocis, quæ fit per Etymologiam, Synonymiam, &
 Homonymiam, non est quid ludicrum: cum in omni accurata tractatione, pri-
 ma voci ipsi cura impendatur, per quam ceu fenestram, rem ipsam intuemur.
 Legatur hac de re Plato in Cratylo, & Aristot. multis in locis. 2. Omnes
 Logici docent, vocem ambiguam, ante Definitionem, Divisionem, demonstra-
 tionem, esse distingvendam. Omnes item duas Præcognitiones Demonstratio-
 nis faciunt: nempe, An sit e, & quid sit e, quorum istud vel Rei est, vel Veri-
 tatis; hoc vel rei, vel nominis. 3. Quid aliud est Derivatio Literalis, quam
 Derivatio Grammatica? 4. Nonne sacre scripturæ sensus immediatus, lite-
 ralis est & Grammaticus? 5. Nonne applicatio beneficiorum Christi per
 fidem, Pronominalis est? Vide ad Gal. 2, 20. 29. Ita enim ibi Apostolus: Vivo
 jam non ego, sed vivit in Me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in
 fide vivo Filij Dei qui dilexit Me, & tradidit semetipsum pro Me.

§ III. Hic dicimus, naturam, Hypostasin seu Personam, Characterem
 Hypostaticum, & Relationem in Divinis nostro concipiendi modo distingvi:
 statuimusq; Personalitatem esse modum subsistendi, in signo Rationis, naturâ
 ipsâ posteriorem. Ad hæc Regetur 1. Personam formaliter non esse mo-
 dum: eò quod modus sit accidens, 2. Personam esse determinativum exis-
 tenti individualiter naturæ fundamentum. Verùm ad I 1. Τὸ ὄντος
 ὡς ἄρτιον, quem in §. 5. juxta mecum concedit est modus: Ergo est accidens.
 Absurdum! Resp. 2. Si modus subsistendi est accidens: Τὸ ὄντος autem ὡς ἄρτιον
 ἔστω non item: Ergo idem simul erit accidens & non. Resp. 3. Confunditur
 modus Prædicamentalis, cum Transcendentali: qui vel est Afficiens,

vel

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum.
 (303.19.j)

vel Contrahens. Hic est Subsistentia, que Ens contrahit ad substantiam, vel Inherentia, que Ens contrahit ad Accidens. Subsistentia rursus, vel est Generalis, que est formalis ratio substantiæ; vel Specialis que est formalis ratio suppositi. Substantia enim, pro materiali importat Entitatem, pro formali Subsistentiam, que alias Perseitas dicitur: suppositum vero, pro materiali dicit substantiam singularem Completam: pro formali incommunicabilitatem Subsistendi, quam Subsistentiam Specialem h. l. vocamus. Videt Ergo, modum Subsistentiæ, opponi modo Inherentiæ, que est formalis ratio accidentis, adeoque nullo modo esse Accidens. Resp. 4. Ad §. 5. Conc. Naturam Subsistentem, & Subsistentiam esse idem. Si ergo Subsistentia est accidens, illam quoque accidens esse oportebit. Ad II. Resp. 1. Aut intelligit Determinativum Prædicamentale, aut Transcendentale. Prius Ergo Persona non præscindit à Finito & Infinito. Posterius Ergo est modus: ergo quod antea negavit, id nunc affirmat. Resp. 2. Persona in signo Rationis supponit rem seu naturam, quam determinat: ergo male ejus fundamentum dicitur: cum omne fundamentum prius sit, vel Ratione, vel Duratione illò, cujus est fundamentum, uti è Grammatica & Architectonica patet.

§. IV. Hic statuimus, quatuor illa supra recensita, in una Persona Divinitatis, non distingui realiter. Quod verò ad hæc regeritur: illud in argumento primo nostræ Catatheseos discutemus.

§. V. Hic dicimus, Naturam in Divinis, vel sumi Absolutè; vel Modificatè & Relatè: ubi nihil in contrarium regerit Reverendiss. Dn. Archiepisc. sed monet duntaxat, ne Subsistentia à natura subsistente abstrahatur. sed Contra est: Aut intelligit abstractionem Physicam & realem; aut Logicam & Mentalem. Prior est impossibilis. Posterior negari nequit. Argumentor enim 1. Quorum unum cognoscitur sine alio, licet non sit sine illo, illud abstrahitur Logicè & mentaliter: Atque Subsistentia cognoscitur sine natura Subsistentis &c. E. Arg. 2. Qui dicit Subsistentiam esse fundamentum nature existens, & negat eam à natura posse abstrahi mentaliter, ille idem simul dicit, & non: Atque Reverendiss. Dn. &c. E. Omne enim fundamentum potest concipi absque eo, cujus est fundamentum, adeoque ab illo abstrahi.

§. VI. In hoc agimus de Distinctione hypostaseos & Personæ, quoad modum significandi: qui ibi est Abstractivus, hic Concretivus. Dicit 1. Antiquos Latinos, vix ab Athanasio percepisse, distinctionem nature & Hypostaseos. Hieronymo enim suspectam fuisse visam vocem Hypostaseos. Gratulamur ergo nobis, quod & recentioribus aliquid felicitatis accedat: quippe qui non modò ex Athanasio, sed etiam ex Scriptura sacra distinctionem hanc didicerunt. Conf. Gal. 4, 8. & Pet. 1, 4. ubi *ἰσῶς* *φύσις*, cum Heb. 1, 3. ubi *ὁμοούσιος* fit mentio. Adde & Tertullianum adversus Praxeam, Athanasio

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum.
" (303-19-j)

longè antiquiorem, qui sermonem Dei dicit esse rem & Personam. Hieronymo Epist. 57. ad Damas. propter Arianos suspecta erat vox Hypostaseos. Cum enim hæc Essentiam quoq; significet: metuebant Catholici, ne si e.ä in Mysterio Trinitatis uterentur, illi tres exinde Essentias colligerent. sed hæc difficultas, in Concil. Alexandr. sublata fuit. Dicit 2. Subtilius nos distingvere, per Formalitates & modos: nequè se damnare distinctiones Formales, sed nimias non laudare. Sed 1. Nunquam est nimium, quod in re seria confusio nem arcet. 2. Modus supra Accidens dicebatur nunc autem Formalitas. Aut E. modus non est Formalitas, aut si est formalitas non est accidens: & consequenter iterum sibi contradicit.

§. VII. Hic dicimus Characterem Personalem, dici alias Notionem, Proprietatem, & certo respectu Actum Notionalem: ad quæ nihil excipit.

§. VIII. In hoc distingvimus ex Thoma Notionem in Personalem, quæ uni: & Personarum, quæ duabus personis convenit. Hic primo Thomas & laudatur & vituperatur. 2. Dicitur in eo fundari Dogma de Processione. Resp. 1. Neq; nos in omnibus Thomam sequimur. 2. Non omnis explicatio vel anticipatio terminorum, statim est fundamentum: cum sæpe supponamus id, quod alibi solidius est probandum.

§. IX. In hoc Notio distingvitur in oppositam & non oppositam, quælis v. g. est Paternitas, Generatio & Spiratio Activa primæ personæ. Dn. Archiep. Hic primò nos laudat. 2. Quarit: Unde habeamus pro Processione, vocabulum spirationis? Suspiciaturq; nos illud à falsis Grammaticis delibasse. Sed contra est 1. Analogia non repugnat. Sicut enim à damnatum, est damnatio, à prædestinatum prædestinatio, &c. ita à Spiratum spiratio. Cont. 2. Accedit auctoritas Cl. Viri Martinij, in Lexico Philologico, qui verbum hoc expressè habet. Cont. 3. Indicitur bellum antiquitati, quæ in explicatione Mysteriorum, moderatà ὀνομαστικῶς, semper est usa. Cont. 4. Suprà dixit, spiritum ut est Agens, deduci à Spirando. Quicumq; ergo spirando agit, ille spirat: & qui spirat, illi spiratio negari nequit. Cont. 5. spiratio activa & Processio non sunt idem. illa enim Deo Patri convenit; hæc non item. Cont. 6. Ipse mox concedit propter deficientiam specificatæ Processionis sumi Genericam, tanquam characterem. Cont. 7. Videatur Job. 33, 4. & videbitur cur spiratio Deo Patri conveniat, & unde ea desumatur.

§. X. XI. XII. XIII. Hi facillè calculum impetrarunt vestræ Reverendiss. Dominationis. Quæ enim ibi breviter addit, illa nos non feriunt, sed Scholasticos, quos ibi refutamus. Quanquam ne illa quidem ex tripode dicta existimem. Nam 1. Quod est inexplicabile, quoad ultimam differentiam; illud potest esse explicabile aliquo modo. Quis enim nescit aliam esse cognitionem Comprehensivam,

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum:
(303.19.j)

hensivam, aliam Apprehensivam; aliam Quiditativam, aliam Quiditas
 tis; aliam Distinctam, aliam Confusam; aliam *Idiōtē*, aliam *Idiōtē*. 2. Quis
 concedet hanc Consequentiam, Spiritus S. mittitur à Patre: Ergo à Patre
 procedit: esse similem huic: Spiritus S. per se liberrime venit: Ergo à se pro-
 cedit? Cur enim non & sic: Pater liberrime venit: Ergo à se procedit. 3. Obs-
 curitatem vel falsitatis vel inscitix, manifestum esse indicium, valde auda-
 cter dicitur. Nam 1. Omnes prophetie ante complementum sunt obscuræ: Erg-
 gōne vel falsæ vel rudis? 2. Omnis assensus, qui non sequitur evidentiam rei,
 sed auctoritatem dicentis, est obscurus, uti inter omnes constat: Ergōne vel fals-
 sus vel rudis? 3. Obscuritas vel est Objectiva, vel Subjectiva, vel Formas-
 lis. Nulla istarum formaliter vel falsitatem vel inscitiam importat. Quod at-
 tinet exemplum Adami, Evæ & Sethi, illud est valde dissimile. Adam enim in
 productore Evæ, habet se passivè, in productione Sethi activè. Ibi solus, hic
 cum Evæ: adeoq; falsum, quod Evæ sit ab eodem producta à quo Seth. Evæ es-
 nim à Deo est producta ex costa Adami.

§. XIV. XV. XVI. Ad istos etiam nihil regevit.

§. XVII. In hoc proponitur primum Argumentum nostræ confirmationis,
 quod ita habet: Quicquid non attingit Relativam oppositionem Patris & Filij
 in Divinis, illud Patri & Filio est commune: Atqui Spiratio activa &c. Ergo
 hujus Argumenti Maj. distinguit, Min. negat. Dicit enim. Id demum
 commune futurū, quod nec implicite, nec explicitè oppositionē illam at-
 tingit. Jam verò id de Spiratione activa esse falsū: eo quod cum genera-
 tione activa idenificetur. Argumentum esset tale: quicquid idem est Res
 aliter, cum Generatione Activa, illud implicite attingit Relationem: Pa-
 tris & Filij, & consequenter Patri & Filio non est commune: Atque Spi-
 ratio Activa &c. Ergo Cont. 1. Atqui etiam Natura Patris idem est realiter
 cum ejus Generatione: Ergo neq; hæc communis: Absurdum! Cont. 2. Quic-
 quid idem est realiter, cum Generatione, scil. activè solam acceptā, illud non
 est commune C. Maj. N. Min. scil. activè & terminativè accepta N. Maj. C.
 Min. Cont. 3. Generatio Filij, identificationem Spirationis cum Generatione
 activa, in signo Rationis anteverit: quod patet ex naturali ordine persona-
 rum S. S. Trinitatis: Ergo communitati Spirationis activæ non officit: Quia
 cum Generatione utroq; modo accepta idenificatur.

§. XVIII. Hic proponimus secundum Argum. Quod ita habet: Qui cog-
 gnitionem Mysteriorum Fidei Discipulis Christi annunciandorum à Filio Dei
 ab eterno accipit, ille etiam Essentiam suam ab eodem participat: Atqui spiri-
 tus S. &c. B. Ad hoc Argumentum directe nihil respondet, sed dicit nos
 Eunomio, & Semi-Arianis accedere. Si enim, inquit, Sp. S. accipit cog-
 gnitionem

Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum:
 "(303.19.j)

gnitionem E. & esse: Ergo est creatura Filii. Cont. 1. Si Spiritus S. accipit cognitionem à Patre: Ergo & esse: Ergo est creatura Patris. Quicquid ad hoc Responderit, sibi id responsum putet. scil. Conc. priorem Consequentiam posteriorem N. Cont. 2. Scit nos rectè sentire de Spi. S., uti vel ex Disput. nostra constat: non est tamen verius, Eunomianismi notam nobis impingere. Ad loc. Joh. 16, 15. ita Respondet: Acceptio est successio: De meo, est confirmatio Consubstantialis. Sed quis Grammaticorum docuit, acceptionem esse Successionem? Ea, quæ sequuntur, sedato animo perpendat, & Veritati cedat. 1. Filius per Generationem eternam, omnia accipit à Patre: Ergo Patri successit. 2. Sp. S. accipit omnia à Patre per Processionem: Ergo Patri successit. 3. Ego meditationes à Vestr. Reverentia accipi. Ergo eidem successit. 4. Communicantes ex manu Ministri accipiunt Sacramentum: Ergo illi succedunt. 5. Inspiciat textum Johanneum, in quo salvator ita: spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcumq; audierit loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Omnia quæ Pater habet mea sunt: propterea dixi, illum de meo accepturum & annuntiaturum vobis. Hic in terminis extat illa sp. S. accepturum, quæ est annuntiaturus, illa locuturum, quæ est auditurus, ventura annuntiaturum. Quid hic quaeso de Successione?

6. XIX. In isto Paragrapho diluimus duas exceptiones Theophylacti, contra loc. cit. Joh. Dn. Archiepiscopus ad Resp. 1. tacet, Ad 2. & 3. dicit: Non accipere illum, qui prior est in actione. Verum non queritur: An ille accipiat, qui prior est? sed an stante glossa Theophylacti, cui de meo accipere, & consentanea loqui, sunt Synonyma, sequatur Christum etiam sua à sp. S. accipere? Synonyma enim illa sunt, quorum unum potest loco alterius poni in Propositione, sensu manente invariato. Ad Resp. 4. tacet. Ad 5. dicit: Illud Consubstantialitatem arguere. Cont. 1. Verum, sed non exclusive. Cont. 2. Non loqui à se, sed quæ loquitur accipere à Filio, formaliter non est ὁμοῶς ἰα, sed ἁπλῶς. Cont. 3. Quando Christus dicit: Doctrina mea, non est mea; non modo importatur Consubstantialitas; sed & Principium, ut concedit: Ergo quando salvator dicit: Spir. S. non loquetur à semetipso, sed de meo accipiet; non modò Consubstantialitatem, sed etiam Principium importat. Dicit porro, sp. S. non ex Thesaurò Christi accipere Scientiam, sed 1. Cont. Theophyl. Qui hoc concedit. 2. Cont. scripturam & rationem inde deductam. Argum. Qui accipit Scientiam ex thesauro Patris, ille non potest non accipere Scientiam ex thesauro Filii: Atqui sp. S. &c. Ergo Maj. Quia thesaurus Patris & Filii est realissimè idem: cum sit predicatum Essentiale non Personale. Ad autoritatem Didymi & Cyrilli dicit nos male intelligere
 authores.

Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum.
 (303.19.j)

authores. sed non reddit rationem mali, quod facere debuisset, juxta illud Job. 18, 28.

§. XX. Arg. 3. A quo Sp. S. mittitur in tempore, ab eo etiam ab eterno procedit: sed à Filio Dei &c. B. Quia missio vel est imperii, vel consilii, vel naturalis emanationis. Regerit 1. N. Maj. Sed Cont. est 1. Quicquid in Filio est signum originis eterne, illud etiam in sp. S. est tale signum: Atqui Missio temporalis &c. E. Maj. prob.; Quia de similibus simile est ferendum judicium. Min. prob. 1. Si Missio Filij nullo modo arguit originem missi à mittente: ergo nihil obstat, quominus Pater etiam dicatur mitti à Filio. 2. Aut missio Filij ideo est signum Originis, quod sit missio; aut quod sit Filij missio. Prius est Habetur intentum. Posterius est Ergo missio sp. S. à Patre, non est signum processionis eterne: Quia missio sp. S. non est missio Filij. 3. Omnis missio formaliter importat terminum à quo & ad quem, Rei, vel Personæ missæ, & tendentiam hujus, ab uno ad aliud: Cave autem, ne tendentiam localem b. l. intelligas. Jam sic: Quicquid formaliter dicit tendentiam missi à mittente, illud in Personis Divinis, non potest non esse signum originis eterne: Atqui missio temporalis &c. Ergo. Cont. 2. A quo sp. S. mittitur in tempore, ita ut ab eo, à quo mittitur, omnia accipiat, ab eo etiam ab eterno procedit. Atqui à Filio &c. Ergo. Aut enim omnia accipit, per disciplinam & informationem, quod falsum; aut per æternam processionem. Regerit 2. Mancam esse divisionem Missionis. Dari enim missionem æqualium ex concordia voluntate: imò & majoris à minore. Sed Cont. est 1. Hæc missio est Consilii: cum omnis actus voluntatis, à prudentia dirigatur, in qua ἐὺβουλία, seu dexteritas consilij agmen ducit: Ergo frustra additur. Cont. 2. Concors illa voluntas non tollit, sed supponit participationem voluntatis à mittente. Regerit 3. Alio modo esse mittere, aliud emittere. Cont. 1. Valde Grammaticè: sicut neq; Cicero, neq; Cornelius Celsus. Isti enim, mittere literas, & emittere; huic mittere sanguinem & emittere sunt unum. Cont. 2. Mittere & emittere in Patre sunt unum: Cur ergo non in Filio & sicut enim Sp. S. dicitur Patris spiritus: ita etiam dicitur Filij spiritus. Imò dicitur Spiritus Veritatis, Job. 15, 26. Atqui Filius est ipsa Veritas, Job. 14, 6. Regerit 4. Missio est distincta à Patre: Ergo manifestè Pater est principium solus. Fortè & sic: Missio est distincta à Filio Job. 15, 26. Ergo manifestè Filius est principium solus. Unde patet, Consequens illud exclusivum, ex antecedente minùs rectè inferri. Regerit 5. Filium incarnatum esse Personam Divinam non hominem. 1. De homine ψιλανθρώπου C. θεανθρώπου N. 2. Filius incarnatus est Persona, sed σύνθετος ex divina & humana natura: adeo ut quedam predicata conveniant ipsi ex proprietate Nature Divinæ, quedam humane: quas nisi distinxeris, mes-

B

ram &

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum.
" (303.19.1)

Vam es confusionem in Articulum de Persona Christi inuecturus. 2. 3. Particulis illis Discretivis καὶ ἐν ἑ. ipsa Scriptura s. utitur, ad Rom. 1, 3. 1 Pet. 2, 24. Conf. 1 Pet. 3, 18. c. 4. 1. Itane Ergo & Scriptura s. incongrue distinguet Regerit 6. Christum non fuisse hominem, hypostaticè, sed naturam perfectissimam: Subiectum verò esse Filium Dei. Cont. 1. Aut hæc verba, istum habent sensum: Christus in quantum homo, non habuit propriam hypostasin humanam, & hoc verum; aut, Christum non posse dici hominem, sed tantum naturam, & hoc contra Scripturam, Concilia, & Rationem. Nam 1. 1 Tim. 2, 5. Luc. 23, 47. &c. expressè vocatur homo. 2. Idem legitur in Symbolo Niceno, Athanasiano, Ephesino, ubi Anathematismo secundo, anathema dicitur illis, qui Christum Deum simul & hominem non confitentur. Vid. & Confess. Chalcedon. 3. Ubi cunq; est natura humana, ibi etiam est homo: quid homo à sua natura non differt realiter. Quid verò h. l. ad rem faciat, Missio Angeli ad annunciandum, ipse viderit. Neq; 1. Decretum de missione in tempore futura, & missio ipsa debent confundi. Neq; 2. Decretum & destinatio, ita asserenda, ut ordo naturalis Personarum Divinarum convellatur. Responsiones nostræ, ad Exceptionem secundam & tertiam solvuntur silentio. Nisi quod addatur: Spiritum S. sanctificare & ornare appropriatè non personaliter. Hinc enim sequitur, spiritum s. non sanctificare, sed sanctificationem ab alio factam sibi appropriare. Quare igitur fideles dicuntur templa Spiritus s. 1 Cor. 6, 19. ita ut Spiritus Dei habitet in illis 1 Cor. 3, 16.

9. XXI. Arg. 4. spiritus s. est spiritus oris & labiorum Christi: Ergo non potest non ab ore & labiis Christi procedere Regerit: Ineptissimum Argumentum esse à Metaphoris ad Dogmata, sed con. est 1. Etiam loca s. Scripturæ Tropica, Sensum Literalem habent. 2. Omnis Comparatio, & similitudo necessario fundatur in aliquo tertio. 3. Consideret hæc Argum: 1. Omnis arbor, que non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur: quis cunq; non facit fructum dignum pœnitentiæ, est talis arbor: Ergo. Vid. Matt. 3, 8. 10. 2. Omnis Vitis vera, largitur vim fructificandi palmitibus in se manentibus: Christus est vitis vera, Joh: 15, 2. E. Putatne ista argumenta esse ineptissima?

9. XXII. Argum. 5. Quæ ea tantum, quæ à Filio audit loquitur, ille etiam à Filio procedit, sed spiritus s. &c. E. Regerit 1. Particulas tantum, & audit à Filio. non extare in Evangelio. Cont. 1. Ubi extat successio pro acceptione. Con. 2. Aut Sp. s. semper consentienter Filio loquitur, aut non. Prius: Ergo habetur intentum, quod tantum ea loquatur. Posterius? Ergo inter Personas Divinas est dissensio, quod absurdum. Cont. 3. A quo Sp. s. accipit, ab eo audit: sed à Filio accipit, Ergo à Filio audit. Regerit 2. Non loqui

Régi nyomtatványok, Bratislava - lyceum.
" (303.19.1)

loqui à semetipso, eò modò explicari, quò illud: Doctrina mea non est
mea Joh. 7, 16. Ita ut hoc arguat, Principium esse in solo Patre, Consu-
stantialitatem in Filio & Sp. S. Cont. 1. Si eò modò: Ergo sicut hoc inferre
processionem Filij à Patre: ita illud processionem Sp. S. à Filio. Cont. 2. Itas-
ne ergo hæc Oratio simplex, duplicem sensum Literalem & immediatum habe-
bit. Unum in ordine ad Patrem, alterum in ordine ad Filium & spiritum S.
Cont. 3. Doctrina externa Christi, sive eam Formaliter sumas, & quoad ac-
tum, seu materialiter & quoad Objectum in Genere, non arguit immediatè &
formaliter Consubstantialitatem: Nisi quis dicat, Apostolos etiam esse Consu-
stantiales Sp. S., qui à Spir. S. acti predicabant, Matt. 10, 20. 2 Pet. 1, ult.
Cont. 4. Christus Dominus expressè de origine doctrinæ suæ explicat, quando
sic, inquit; Mea doctrina non est mea, sed NB. ejus qui misit me. Item: Si
quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de Doctrina, utrum NB. ex Deo
sit, an ego à meipso loquar. Videt, à semetipso non loqui, esse h. l. idem, quod
loquelam illam seu Doctrinam ex Deo Patre, in Se per Communicationem dis-
mansisse: Ergo eadem vis erit Phrasæ: Sp. S. à semetipso non loquitur, sed
de meo accipiet. Cont. 5. Restè August: Filius omnia, quæ sua sunt, ad Pa-
trem refert, quia ipse quoq; de Patre est.

§. XXIII. Argum. 6. Qui per afflatum ex ore suo emissum Discipulis
confert Sp. S., ab eo Sp. S. etiam procedit: Atqui Filius Dei &c. E. Regerit
1. Absurdum esse à materialibus ad Spiritualia procedere. Cont. 1. Una
quasi Litura tollit Parabolæ, Typos, Allegorias, Anagogias, & Sp. S. absur-
ditatis arguit. Cont. 2. Prima promissio Evangelica, Gen. 3, 15. à materia-
libus procedit ad Spiritualia. Nisi quis neget, Semen mulieris esse rem mate-
rialem, & contritionem Capitis Serpentinæ esse effectum spirituale. Regerit
1. Joh. 20, 22. Non intelligi Sp. S. Substantialiter. sed dicit, non
probat. §. 1. Disput. Nihil Vestram Reverentiam juvat; Argumentetur enim:
spiritus aliquando sumitur pro Operatione, Ergo & h. l.: procedet sanè à
particulari ad Universale. Regerit 3. Respons. meæ primæ contrariari,
Exod. 3, 2. 4. Cont. 1. Iterum procedit à particulari. Cont. 2. Negatne An-
gelum Domini apparuisse, scil. non immediatè, sed mediatè & in Rubo &
Cont. 3. Inspiciat Ps. 94, 7. 8. 9. Cont. 4. Negatne Christum habere Ose
Cont. 5. Mutilat Responsum nostrum. Non enim dicimus; A sensu Literali
nunquam est recedendum; sed non est recedendum citra urgentem necessitatem.
Ostendenda ergo erit ratio, quòd l. cit. vox Spiritus, non sumatur propriè,
sed Metonymicè. Cont. 6. S. Athanas. Locum de Sp. S. explicat, cui ves-
tra Reverentiâ contradicit. Regerit 4. Me addere: à Filio. x. Non ada-
do, sed per evidentem consequentiam elicio. Regerit 5. Factum explicari

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum.
(303.19.8)

per dictum. *x.* Dat ergo nunc, quod antea negavit. Jam enim facta sp. s. Substantialiter considerati collatio, explicabitur per dictum, quod nostram Sententiam confirmat. Regerit 6. Dona intrinsicè, non extrinsicè talia, non separari a sp. s. Cont. 1. Aut donum intrinsicum & extrinsicum, intelligit Relatè ad sp. s., ita ut donum intrinsicum sit illud, quod est in ipso sp. s.: Donum autem extrinsicum, quod est extra sp. s.; aut Relatè ad fideles, quibus dona illa conferuntur: ita ut donum sp. s. intrinsicè tale sit illud, quod est in fidelibus, extrinsicè autem quod est extra fideles. si prius; Ex Deo facit non-Deum. Quicumq; enim aliquid habet intrinsicè ex dono, & non ex immensitate, & infinitate nature, ille non est Deus. Porro, Donum illud est distinctum realiter à Subjecto doni receptivo: Ergo sp. s. intrinsicè est compositus: Ergo iterum non est Deus. Si Posterius e Argum. 1. Cui Christus contulit dona intrinsicè sp. s. illi etiam contulit spir. s. substantialiter spectatum: At qui Apostolis Job. 20, 22. Ergo. Maj. Quia dona ista sunt à spir. s. inseparabilia, ut concedit: habemus ergo intentum. Argum. 2. Qui statuit Dona sp. s. extrinsicè, esse à sp. s. separata; ille aut intelligit separationem ratione Essentie seu Formalem, quod nempe non sint de Essentia sp. s.; aut ratione ad Essentie seu localem, quod nempe donum illud alibi sit, ubi non sit sp. s. Prius? Ergo distinctio minus accurata: Quia sic etiam dona intrinsicè sunt à sp. s. separata. Posterius? Ergo iterum sp. s. non est Deus: Quia non immensus, infinitus, & omniprensens. Cont. 2. Contradicit aperte textui. Ita enim Apostolus 1. Cor. 12, 6. Divisiones operationum sunt, idem verò Deus, nempe spir. s. qui operatur omnia. NB. in omnibus. Conf. alia quoq; loca à nobis citata. Regerit 7. Inhabitare in Apostolis, esse commune tribus Personis. Resp. Ergo spir. s. non tantum quoad dona, sed etiam quoad Substantiam, Apostolus est collatus. Ad Resp. 4tuor. Exceptionis secundæ nihil respondet. Ad Responsum Exceptionis tertiæ Regerit primo: Animam non esse ex Substantia Dei. Resp. si lo ex dicat Causalitatem. N. Si Consubstantialitatem c. Quia non emanativè, sed effectivè à Deo est, secus atq; sp. s. à Filio, sine ullo nempe influxu effectivo. Quærit 2. An aliis etiam hominibus, Deus insufflando infundat animam? Resp. 1. Hoc nihil facit ad rem. Resp. 2. Dist. Viam Creationis à via Generationis tunc à nunc, quando homo, vi Divinæ benedictionis: Crescite & multiplicamini; que realis certè erat, non nudè verbalis, secundum totum suum esse, sese multiplicat, ignobilior atque brutis futurus. Responsum nostrum ad Exceptionem quartam & quintam etiam silentium impetrarunt.

§. XXIV. Argument. 7. sententia negans Spir. s. à Filio procedere, tollit Relationem internam Filij ad Sp. s. & vicissim: Ergo ab Ecclesia exulare debet. Regerit 1. Relationem veram & realem, directam, & explicitam, inter Filium & Spiritum sanctum esse, in Essentia S. S. Triados. Resp. Aut hoc ita intelligit: Quod ipsa Essentia sit illa Relatio, & sic Absolutum & Commune, mutat in Relativum & Proprium. Quartam in super Relationem Paternitati, Filiationi, Processioni, superadditam, in S. S. Trinitatem invehit: aut ita: quod Relatio illa Essentiam, sicuti cetera modificet, & hoc nihil contra nos: Omnino enim Processio modificat Essentiam Divinam. Regerit 2. Relationem illam nobis esse occultam, adeoque implicitam & indirectam. Cont. 1. Antea dixit esse directam & explicitam. Cont. 2. Loquitur ἄλλος ἑαυτῶν. Cont. 3. Relatio hæc occulta, aut convenit Filio, ut est Filius, spir. s. ut est procedens; aut alio sensu oppositō. Prius? Ergo primò Filius in ratione Filij, duplici relatione constituitur, quod idem etiam de spir. s. procedet. Una scil. explicita, altera implicita. Ergo 2. Aut ab utraq; adæquate, aut inadæquate. Si illud; Ergo Filius erit duplex: Si hoc; Ergo 1. Filiatio non est adæquata Relatio Filij. Ergo 2. Filius erit Compositus ex duabus Relationibus. Posterius? Ergo uni Personæ in Divinis oppositæ Relationis conveniunt, adeoque una Persona à seipsa differt realiter. Cont. 4. Omnis Relatio Divina Personæ alicujus constitutiva, in aliqua productione fundatur: Relatio illa occulta est talis Relatio: Ergo. Maj. patet Inductione. Min. Quia quod competit Filio & non competit Patri, illud Filium distinguit à Patre, adeoque etiam constituit: Ergo datur in Divinis aliqua tertia productio Generationi & Spiritationi contradistincta, quæ omnia absurda. Miror ergo, quod aperte productionem ejusmodi concedat, dum dicit: Occultam illam Relationem esse per productionem specificè distinctam, quoad terminos & Rationem Generationis & Processionis. Urgeo enim: Si Relatio illa occulta Filij ad sp. s. inferat productionem, à Generatione & Processu distinctam: Ergo 1. Spiritus S. Filium originis suæ Principium agnoscit, quod hæctenus negavit. Ergo 2. Bis producit: primò processione, secundò, occulta ista productione, occultæ Relationis fundamento. Regerit 3. Simile esse Relationi, quod Spiritus Sanctus dicatur Spiritus Filij. Resp. Hoc est, quod vis veritatis elicit. Consideret quæso, sine preoccupatione & hostilitate, cur sp. s. dicatur Spiritus oris Jehovæ Psalm. 33, 9. Spiraculum Omnipotentis Job. 33, 4. & inveniet non modò simile aliquid Relationi, sed ipsam quoque Relationem in Patre, & ob eandem rationem etiam in Filio. Non confugiat ad ignorantiam veritatis inimicam: dum script. s. viam pandit, genuinum sensum eliciendi.

B 3

Dicat

Régi nyomtatványok, Bratislava - lyceum:
 "(303.19.1)"

Dicat juxta nobiscum, spiritum oris, & spiraculum ideo dici, quia à Patre spiratur, quod spiraculum ipsum & spiritus à spirabilitate deductus, formaliter important. Idem concludat de Filio. Eruditorum est, ut ait Aristoteles $\mu\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\nu\ \acute{\alpha}\gamma\alpha\pi\omega\alpha\acute{\alpha}\nu,$ & $\mu\acute{\eta}\ \epsilon\sigma\iota\ \rho\acute{\alpha}\delta\iota\omega\varsigma\ \lambda\alpha\beta\acute{\alpha}\nu.$

§. XXV. Argum. 8. Datur aliquis ordo inter Personas Divinitatis Naturalis: Ergo datur etiam illius ratio & fundamentum. Regerit. Ordinem illum esse hunc: Quod Pater & Filius, immediatè se respiciant, unde restare tertium Sp. S. Cont. 1. Queritur h. l. præcipuè de ordine inter Filium & sp. S. ejusdemq; fundamento. Cont. 2. Pater etiam Sp. S. respicit immediatè: Quia 1. Solus Pater, ut ait, est Principium productivum sp. S. Quia 2. In Ratione spirationis nihil mediat: Ergo restat tertius scil. Filius. E' §. 29. ita arguo: Relatio importat ordinem. Ergo inter quas Personas non est Relatio, inter illas etiam non est ordo; Atqui inter Filium & sp. S. nulla est Relatio ut ait, sed tantùm similitudo relationis: E.

§. XXVI. Argum. 9. Qui ordine Personali posterior est Filio, ille procedens, ex Essentia Patris, non potest non procedere ex Essentia Filij: Atqui Sp. S. &c. E. Regerit 1. Totum hoc Argumentum negari. Cont. In toto hoc argumento est etiam Minor, nempe ista: Sp. S. ordine Personali est posterior Filio: Ergo etiam hanc negat: Ergo quem ante dixit esse tertium, nunc negat esse tertium. Regerit 2. Filium ideo non dici Sp. S. Filium, ne alius Pater inducatur. Cont. 1. Ergo jam tandem Conc. isto loquendi modo principium originis induci. Quia Ergo sp. S. dicitur Filij spiritus. Ergo Filium etiam originis suæ principium agnoscit. Cont. 2. Non tantùm ideo; sed quia obstat ordo Naturalis personarum in productione fundatus. Regerit 3. Ad distinctionem Realem rerum inter se, non esse semper necessariam Relationem mutuam; sed sufficere rationem disparati per negationem prædicatorum propriorum. Cont. 1. Non disputo de Distinctione Reali in actu Signato; sed in actu exercito; de Distinctione personarum Divinarum que Relationibus constituuntur & distinguuntur. Priori n. respectu, plura esse ejus indicia non nego, puta; Separabilitatem, Essentiæ diversitatem, Relativam Oppositionem. Cont. 2. Dicat illud Disparatum, per quod Filius distinguitur realiter à sp. S., salvò naturali ordine personarum. Regerit 4. Sufficere inter Filium & sp. S. Relationem Comproducti ab eodem principio, velut inter homines duorum Fratrum Analogicè. Cont. 1. Obliviscitur sui dum contra cautionem superiorem, spiritualia materialibus comparat. Cont. 2. Comproductio non importat formaliter distinctionem realem: Ergo h. l. non sufficit. Ant. Quia etiam identificata realiter, comproducentur. Hinc est illud: Que simul producuntur & simul intereunt, illa sunt idem realiter.

Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum:
" (303.19.j)

realiter. Cont. 3. Quaecunq; comproducentur, ita ut utrumq; eorum per se subsistat, inter ea non datur ordo prioris & posterioris naturaliter: Atqui per te Filius & Sp. s. comproducentur &c. E. Conclusio est absurda, Ergo & Minor Majorem enim probat inductio. v. g. Die tertio hexaemeri Mosaiici comproduxit Deus herbas & arbores, quas inter nullus ordo naturalis potest ostendi. Idem de Stellis quarto die comproductis. Idem de Gemellis simul & semel exclusis.

§. XXVII. In quo autoritas antiquorum Graecorum urgetur, puta, Athanasii, Basilij Magni &c. Regerit 1. In Graecis codicibus Athanasii illud Filioq; non extare. R. Hoc tum demum admittemus, postquam omnes ejus codices nobis ostenderit. Quamquam hoc de Symbolo tantum excipiat, non autem de Epistola ad Serapionem. Basilium dicit, non ita loqui, sed non probat, quomodo loquatur. Regerit 2. Theodorum Cyri Episcopum non ex Basilio Magno, sed ex oppugnatione 12 cap. Cyrilli occasionem sumsisse. Cont. 1. Dandum est etiam aliis Historicis aliquid. Cont. 2. Eò deterius. Cyrillus enim erat Pater Orthodoxus, ita ut 12. illa Capita Symboli Ephesini loco habeantur. Non ergò mirum, quod etiam in Dogmate de sp. s. erret. Non modo in Ephesina secunda, sub Theodosio; sed etiam in Constantinopol sub Justiniano, propter suos errores damnatus. Constantinopolitani, qui seculò septimò negotium facessabant Ecclesiae quales fuerint, notum est ex Historia. Paulus enim Patriarcha Constantinopolitanus, Monothelita fuit, Auctorq; Imperatori Constantio extitit: ut non tantum formulam Doctrinae conderet, ac omnes ad eam suscipiendam cogeret; sed etiam legatos Martini Papae male tractaret: Unde postea à Romanis Sacerdotibus, juxta cum Sergio & Pyrrho antecessoribus, Synodice est excommunicatus. Ista heresi infectus quoq; erat Macarius Antiochenus Patriarcha, Stephanus Presbyter & Monachus, Petrus Metropolitanus Nicomediae, Salomon Cleone, qui in sexta Synodo convicti sunt, quòd Patrum scripta falsarint. Nos ergo illos ne pili quidem estimamus: ad quos dum Vr. Reverentia provocat, ostendit Hereticos omnino suae sententiae Patronos fuisse. Epistolam S. Maximi legere non potui. Haec sunt certa, sanctum Maximum Abbatem, propter Veritatem Religionis exilium esse passum. Deinde communem esse Latinorum Doctrinam, Sp. S. à Filio quoq; Hypostaticè procedere, uti vel ex Concil. Florent. patet.

§. XXVIII. Proponimus b. l. Objectionem primam Graecorum ex Job. 14, 15. Hic ad x. nostram primam, 3. & 4. nihil reponit. Ad 2. Regerit: Non exprimi quidem l. etc. à solo; sed per contradistinctionem elici. x. 1. Idem ergo eliciat ex Job. 14, 15. & concludat solum Patrem dare sp. s. Idem ex Matth. 21, 27. & inferat, solum Patrem nosse Filium. At verò additamentum

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum.
" (303-19-8)

amentum istud rem ipsam non admittere, *re. nostra 3. evincit. re. 2. Urgemus
adhuc exclusivam quoq; nihil nobis prejudicaturam, quae sola opposita excludit.*

6. XXIX. In quo proponitur Obiectio secunda Graecorum. Hic ad *re. nostram 1. nihil reponit. Ad 2. dicit: à Patre per Filium, non significare Causalitatem in Filio; sed medium tantum connexionis Relativae producentis Patris, ad productum Spir. S. quae quia non propriis Relationis verbis sed alienis, scil. Patris exprimitur, mediat in hac denominatione Filius: ac si diceret: Qui Pater est, per Relativam Denominationem ad Filium est & producat Sp. S. Cont. 1. Hoc est illud: *αὐτὸς ἐφα.* in quo quae, sō Evangelio extat Sp. S. procedere à Patre per Filium: Cont. 2. Eadem facilitate inferret alius, Filium tantum esse medium connexionis inter Deum producentem, & Creaturam productam: dum per eum omnia dicuntur facta Job. 1, 3. Cont. 3. Reclamant huic Explicationi, omnia nostra Argum. hactenus vindicata. Reclamat Apoc. 22, 1. Ubi fluvius, qui sp. s. designat, ut patet Esai. 44, 2. seqq. Job. 7, 38. seqq. *ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ* NB. procedit ex throno Dei & Agni i. e. ex gloria & Majestate Dei Patris & Dei Filij, quae est ipsa Essentia. Cont. 4. Procedere à Patre per Filium arguit actum producentis, connectio autem Relativa est status, adeoq; nihil ad rem. Cont. 5. Patrem esse per Relationem ad Filium, & esse producat principium Sp. S. non importat mediationem Filij; sed duos immediatos terminos. In quo enim nullus est influxus Causalis, ille suo interventu, non impedit immediationem productionis Sp. S. à Patre. Sustulit Ergo ordinem Naturalem, inter Filium & Sp. S. Cont. 6. Etingit Filium esse quendam veluti canalem, per quem Sp. S. à Patre procedat, imò minùs quam Canalem: quia hic sustinet aquam fluentem, sed Filius est simpliciter otiosus. Cont. 7. Ex hac glossa sequetur, rectè posse dici: simeonem à Jacobo per Ruben procedere: quia Ruben est etiam ejusmodi medium connexionis Relativae. Qui enim est Pater, per Relativam Denominationem ad filium Ruben, est & producat simeonem. Cont. 8. Relatio quidem illa voce Patris non exprimitur, sed ex termino & relato clarè inferitur. Nam Sp. S. dicitur à spirando, & quidem h. l. passivè: neq; Pater ut Pater, sed ut Spirator spirat & producat Sp. S. Cont. 9. Resp. nostra 3. manet intacta.*

6. XXX. Continet Obiect. 3. Graecorum. In Resp. nostra 1. Neg. Maj. Rectè. Confirmat enim Resp. meam quòd nempe Obiect. 3. Maj. etiam sit neganda. Regetit 2. Spirationem esse actionem hypostaticam; Creationem verò Essentialem. Resp. idem & ego, quod ea propter intentioni meae nihil obstat, ut ex insolubilibus nostris duobus Argum. manifestum est. Ad ea enim nihil aliud Respondet, quàm quòd sine obscura, & quòd intellectum talibus subtilitati-

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum.
" (303.19.8)

tilitatibus fatigare nolit. Cum ergo sentiat vim Argumentorum, abiciat quæ-
 errorem & det Gloriam Deo. Regerit 3. Diversam Virtutem Spirativam
 in duobus esse impossibilem: Ergo distinctio est inepta. R. Neg. Conf.
 Nam & potentia creandi diversa, in tribus Personis Divinitatis est impossi-
 bilis, & tamen ad hanc Maj: quicquid producit a Patre, Filio, & Sp. S. il-
 lud sue originis tria principia agnoscat; recte respondetur hoc. m. Quicquid
 producit, scil. diversâ virtute creandi, C. Scil. eâdem N. id enim ideo
 tantum fit, ut ostendamus, unde Unitas, vel Pluralitas Principij debeat estima-
 ri? nempe non ex Unitate vel Pluralitate Personæ, proxime, formaliter &
 in actu Secundo; sed ex unitate vel Pluralitate causalitatis seu influxus
 aut originationis. Ponat enim hanc Maj. ubi est una Persona, ibi est unum
 principium formaliter & in actu secundo: subsumam ego: Atqui in Generati-
 one Filij & processione Sp. S. à Patre, est una Persona, nempe Pater. Ergo
 & unum principium in actu secundo, seu una Originatio. Conclus. est absurd-
 da: Ergo & Maj. Quis enim concedet Generationem & Processionem, esse
 unam originationem? Quis conc. Patrem ut Pater est, Spirare: aut ut spi-
 rans est generare? Ita etiam Dualitas Personarum non infert Dualitatem Prin-
 cipij, ubi radix & fundamentum Principiationis est unum. Et, Si plures cause
 Sociæ in Phisicis, unum principium constituunt: quare id negandum esset in
 hoc Summo Mystero, in quo est indivisibilis Unitas Essentiæ. Regerit 4. Do-
 ctrinam nostram esse ineptam, quod statuimus Virtutem Spirativam Filio
 communicari. Cont. 1. Non dicat, sed probet. Cont. 2. Estne hoc in con-
 veniens, communicari id Filio, quod ipsicum Patre est commune? Cont. 3. In-
 genitum esse, in quantum negat originem Generationis, aut est communicatum
 Sp. S. aut non. Prius Ergo aliquid, quod Patri, oppositè ad Filium conves-
 nit, spirit. S. est communicatum: Ergo à pari etiam aliquid, quod Patri op-
 positè ad Sp. S. convenit, communicatur Filio. Posterius? Ergo Spir. S.
 est genitus: Ergo est Filius, quod absurdum. Regerit 5. Adhuc manere du-
 plex principium ut quod, licet abstulerim duplex ut quo. R. 1. Iterum
 dicit non probat. 2. Suppositum per se, & Formaliter, non multiplicat Prin-
 cipium: nisi quis dicat Principium Creationis ut quod, non obstante unitate vir-
 tutis Creative esse triplex. 3. Si Persona quâ talis, est principium effectivum
 vel emanativum: Ergo omnis Persona tale principium erit, Atqui posterius
 est absurdum. B. Connexio Maj. prob: Quia à quatenus Reduplicativo ad
 de per se, & ab hoc ad de Omni V. C. Assumptum probatur. Quia personæ
 cum increate, tum Create, quedam sunt Principia, quedam ea, quæ à Prin-
 cipio fiunt, quibus quâ talibus denominatio principij non convenit. 4. Si omnis
 Persona, quâ talis, est principium, & quidem ab alia Persona, in ratione prin-
 cipij

Regi nyomtatványok, Bratislava - lyceum
 "(303-19. j.)"

cipij distinctam: Ergo & sp. S. intra complexum s. s. Triados consideratus
erit Principium: quia intra illum complexum est persona. Atqui Posterius est
absurdum: Ergo, dicat enim cuius Principium sit Sp. S. ad intra consideratus?
Regerit 6. Quod & quo est idem realiter: Ergo Filius & Pater idem
sunt hypostaticè. & N. Conc. Quod & quo enim nobis non est persona &
persona, sed Essentia & Potentia. Regerit 7. Virtutem spirativam non pos-
tuisse communicari Filio, quia communicatio proprietatum est impossibi-
bilis. & 1. Proprietatum scil. oppositarum Conc. scil. non oppositarum N.
2. Ly Ingenitum esse est proprium Patris, quia distinctivum eius à Filio: Ergo
non potuit communicari sp. s. quod absurdum. 3. Vita, Sensus, & Motus, sunt
propria animæ: Ergo corpori communicari nequeunt. Ant. prob. partim
Genesis Hominis, partim Analysis. Vid. Gen. 2, 7. Regerit 8. Unam esse
virtutem effectivam in pluribus Suppositis, puta ignibus duobus
distinctis, ita ut non tollat pluralitatem denominationis, in ipsis agentis
bus. Quod si verò uniantur ad unam actionem & unum effectum, cons-
fundantur oportet: nec dici eos amplius duos ignes, sed unum. Ita etiam
Patrem & Filium sub una denominatione Spirantis confundi. Cont. 1.
Itane ergo rursus à materialibus procedit ad spiritualia? 2. Duorum ignium
una est virtus scil. Specificè C. scil. Numericè N. sed prior illa unitas mentalis
tantum est, non realis. Accidens enim, quale etiam vis urendi, multiplicatur
ad multiplicationem sui suppositi. 3. Quacumq; sunt separata actu, vel saltem
separabilia, illa non sunt unum: Atqui virtus duorum suppositorum ignis & c.
Ergo Maj. Quia firmale unius est indivisio. Min. est in sensu. 4. Manet ergo
etiam Portis inferni insolubile: In quibus suppositis, est una numero Virtus Spi-
rativa, illa non habent rationem duplicis Principii substantialis: Atqui in Patre
& Filio est una numero Virtus spirativa. Ergo. Maj. Quia unitas numerica
virtutis, supponit unitatem substantiæ, cum qua in divinis identificatur. Hic
enim valet illud: quod & quo est idem realiter. Min; Quia Patris & Filij una
est numero Essentia, prioritate ordinis & originis, productionem sp. S. antes-
verrens. 5. Uno non est idem quod confusio: nisi quis dicat divinam & huma-
nam naturam in Christo confundi quod ad unum ὁμοῦς uniantur. Anis-
mam item & corpus humanum confundi, quod ad unum actum & effectum uni-
antur. 6. Non queritur de dici, sed de esse; neq; de consideratione ignium il-
lorum rustica, sed Philosophica. Quæro enim: An ignes duarum candelarum,
ad unam actionem uniti, sint à se invicem separabiles? Si neget, reclamabit
sensus & experientia si Conc. fateatur oportet, duos illos ignes non esse unum,
nisi fortè per aggregationem. Quamquam non diffitear, propter homogeneita-
tem naturæ, peculiare aliquid in hoc exemplo occurrere. 7. Pater & Spirit. S.
Sub una

Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum:
" (303-19-j)

sub una denominatione ingenti non confunduntur: Ergo neq; Pater & Filius,
sub una denominatione spirantis. Regerit 9. Quadruplicari Trinitatem,
si quis dicat, virtutem spirandi competere Patri & Filio ut uni personae
li. 1. Hoc nihil contra nos. 2. Quomodo quadruplicaretur, si due Personae
essent una? Argum. nostrum sequens: Aut virtus spirativa, conuenit Patri, ut
est unum essentiale cum Sp. S. aut ut est unum personale. Prius e Ergo neq;
Sp. S. negari potest. Posterius? Ergo tollitur S. S. Trinitas: etiam desiderat
responsam. Quae enim de identificatione virtutis Generativae & Processivae
addit, nervum non incidunt, & supra jam sunt confutata. Regerit 10. Essentiam
actu spirationis in Patre & Filio determinatam esse impossibilem.
Cont. 1. Dicit non probat. 1. Una Essentia Patris & Sp. S. proprietate inges-
nerabilitatis est determinata: cur non ergo à pari in Patre & Filio idem proces-
deret. Regerit 11. Prioritatem ordinis esse in Nominum Relatione, origi-
ginis esse nullam. Patrem enim in eodem signo conceptibili esse Correlati-
vum ad Filium & aliud ad spirit. S. quod nescimus. Cont. 1. Relata
Formaliter, non sunt priora & posteriora, sed sunt simul. 2. Relatio supponit
originem, vel activè vel terminativè. 3. Si sp. S. originis resp. non referatur
ad Filium: Ergo aequè immediatè etiam nostro concipiendi modo producitur à
Patre: Ergo ordo inter Filium & Spir. S. non est naturalis, sed arbitrarius,
quod absurdum. 4. Si Pater in eodem signo conceptibili est Correlativum ad
Sp. S. Ergo primò non est aliud, quia idem signum conceptibile non diversifi-
cat: nisi dicat idem & diversum, non opponi contradictoriè, adeoq; idem esse
idem & non: Ergo 1. Pater ut Pater est correlativum spirit. S. adeoq; sp. S.
etiam est Filius: Ergo 3. Correlativum istud non ignoramus. Regerit 12. Sub-
sistentiam non esse conditionem, sed maxime dictam substantiam, quae
neq; de subjecto dicitur, neq; in subjecto est, sed ipsa est Subjectum om-
nium. Cont. 1. Quaedam Subsistentia, scil. Rei create est ab ipsa substantia
separabilis: Ergo non est ipsa Substantia. Ant. prob. Exemplo humane Chris-
sti naturae, quae in se est substantia, sed propriam Subsistentiam creatam destituit:
nisi cum Nestorio duplicare Christum velis. Cont. 2. Subsistentia Divina in
Sensu Identico & materiali, est ipsa Substantia seu Essentia, sed non in sensu
Formali. Concedit enim juxta nobiscum Hypostasin seu Subsistentiam distingui
à natura § 3. Suprà. Concedit Subsistentiam esse ἰσότιον modificantem & de-
terminantem naturam: Ergo non est ipsa natura seu Substantia formaliter. 3.
Confundit Substantiam primam seu singularem, cum Subsistentia, quae Sub-
stantiae singulari complete incommunicabilitatem Subsistendi superaddit, vel
Realiter, ut in Creaturis; vel Conceptibiliter, ut in Creatore. Aristotelicum
illud: Neq; de subjecto dicitur, neq; in subjecto est, conuenit Substantiae singulari non

10
Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum"
" (303-19-j)

ri, non Subsistentie. 4. Aut Τρόποι ὑπάρξεως seu Subsistentie tres divine nature, sunt in Divina natura, aut non. Prius? Ergo Subsistentia est in aliquo subjecto, si non Inhætionis & Prædicamentali, saltem attributionis & Transcendentali. Posterius? Ergo Natura Divina est sine Suppositivitate, adeo q̄ est incompleta in Subsistendo. Reliqua manent intacta. Quæ enim addit ea aut nobis non repugnant; aut supra sunt confutata. His ita discussis, manet nostra


THESIS.

Spiritus S. qui est tertia Persona S. S. Trinitatis, accipit Essentiam suam à Patre & Filio simul, per æternam & ineffabilem processionem, ita ut sit unus cum Patre & Filio Deus, æqualis Majestatis, Gloriæ atq̄ Potentiæ.

Conclusio.

In Scholâ veritatis, pulchrum est & vinci & vincere. Ab hac verò ingenuitate, longissimè discedunt ii, qui, concepto semel errore, id omni studio agunt, ut evidentiam argumentorum, veritatis assertivam, conq̄vilitis hinc atq̄ inde effugiis, offuso veluti glaucomate inumbrent. A Vestra Reverendissima Dominatione, contumaciam hanc abesse, vel ipsa sermonis modestia docet: ut nullus dubitem, speratæ utilitatis fructum, Me certo certius consecuturum. Rogo, per Deum, expendat hæc in timore Domini, quæ ad eruditæ meditationes V. R. D. reposui: &, si in uno alterove saltem, evidentiam deprehenderit: in id sedulo dexteritate sui iudicii incumbat: ut in staurata dogmatum concordia, in unam Ecclesiam optatissimè coalescamus.

SOLI DEO GLORIA.



Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum.
" (303-19-j)